



Nucleus Juris Canonici

Thenhaven, Bernhard

Coloniæ Agrippinæ, 1739

XXVII. De Clerico excommunicato, deposito vel interdicto ministrante. D.
10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63382](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63382)

594 LIB.V. TIT.XXVII.XXVIII.XXIX.&XXX.
mansuetudo Christi , cuius Papa in terris
est Vicarius, requirit, ut Maledictum in
suam personam remittat. Insigne exem-
plum dedit PIUS V. qui famoso carmine in
sua persona offensus Reum sic affatus: *Si
tu mihi ut summo Pontifici maledixisses, im-
punè non fores: Verùm quia in Fratrem
Michaëlem (hoc nomen ei ut Religiose
erat) convitia jactâsti, liber abi.* Nihil
minus si quis in Episcopum vel Prælatum
proferat maledictum, non quidem ab ipso
laeso *Can. inter querelas* puniendus, qui
nullus superiorem habens est Judex in
propria causa, sed arbitrio alterius Judicis
pro qualitate delicti corrigendus. Ita Ref-
fenst. b. t. Quod superioribus notandum.

TIT. XXVII.XXVIII. XXIX. &XXX

*De Clerico excommunicato, deposito in
interdicto ministrante. Item de Clerico
non ordinato ministrante ; de Clerico
per saltum promoto ; Et de eo, qui
furtivè Ordinem suscepit.*

I. CLERICUS EXCOMMUNICATUS Excom-
municatione majori (idem est de
Clerico Interdicto, i. e. suspenso) est to-
leratus, si temerè se ingerens exerceat
actum sacri Ordinis, est deponendus, fit
que